



Universitätsbibliothek Paderborn

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

LXXX. Dietrich, Bischof von Brandenburg, bestätigt dem Kloster Spandow die von dem Markgrafen Ludwig dem Römer vorgenommene Schenkung des Marienaltars im Schlosse zu Spandow, am 30. September 1357.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54728](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54728)

LXXX. Dieterich, Bischof von Brandenburg, bestätigt dem Kloster Spandow die von dem Markgrafen Ludwig dem Römer vorgenommene Schenkung des Marienaltars im Schlosse zu Spandow, am 30. September 1357.

In nomine domini amen. Nouerint uniuersi, ad quorum noticiam presentes peruenerint, Quod nos Thydericus, dei gracia Brandenburgensis Ecclesie Episcopus, uidimus litteras sigillatas illustris principis et domini, domini Ludewici Romani Marchionis Brandenburgensis super donatione laudabili cuiusdam altaris sancte marie virginis siti in castro Spandow, facta sanctimonialibus ibidem, — et nos earundem sanctimonialium inopiam intuentes, que die noctuque domino in sanctimonia famulantur, auctoritate nostra ordinaria de consensu nostri capituli predictam donationem laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus in nomine domini in his scriptis, Incorporantes ipsum altare ipsis sanctimonialibus predictis et earum conuentui sic, quod dicte sanctimoniales prouentus prefati altaris sancte marie virginis percipiant et ad eandem pertineant ac in usum suum, prout eisdem placuerit, conuertant in suarum subsidium expensarum. In cuius rei euidenciam certiore presentibus de nostra certa scientia conscriptis, sigillum nostrum cum sigillo nostri capituli duximus appendendum. Huius rei testes sunt: Dominus Thydericus prepositus ecclesie Brandenburgensis et Jacobus abbas in Lenyn atque dominus Markowe canonicus ecclesie Brandenburgensis necnon dominus arnoldus plebanus in Blumenberch et alii quam plures fide digni. Actum et datum Spandow anno domini millesimo trecentesimo quinquagesimo septimo, in crastino beati mychaelis archangeli.

Nach dem Originale des Geh. Staats-Archives.

LXXXI. Der Bischof Dietrich zu Brandenburg confirmirt eine Schenkung des Markgrafen vom 14. Oktober 1352 für einen Altar des Kalands in der Kirche zu Spandow, und genehmigt, daß die Kalandsbrüder im Barnim und im Spandow'schen und Gogebander Districte künftig unter dem Namen: „Spandow'sche Kalandsbrüderschaft“ vereint bestehen, am 22. Februar 1358.

Ad perpetuam infra scriptorum memoriam. Nos Thidericus, Dei gratia Brandenburgensis ecclesie Episcopus, ad uniuersorum noticiam — deducimus per presentes, quod altare et bona ipsius, in literis incliti principis Domini Marchionis, quarum tenor infra scribitur, expressa et contenta, et precipue bona seu redditus ville Ghyselbrechtstorp, que seu qui quamuis ad nos pertinere dinoscuntur, tamen consentiendo renunciantes eisdem pro nobis et ecclesia nostra omni cum jure, quod nobis et nostre ecclesie competit in ipsis vel competere poterit in futurum, propter Deum, ut in nobis non obstet, quominus diuinus cultus augeatur, ad dotationem et appropriationem eiusdem domini Marchionis approbavimus, ratificavimus et confirmavimus ac per presentes approbamus, ratificamus et in nomine Domini confirmamus. Quarum literarum tenor est: (hier folgt die Urkunde vom 14. Oktober 1352 Nr. LXI.) Nos etiam Thidericus, Episcopus predictus, altare predictum, quod non so-